



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**COLLA=||TIONVM SACRA-||RVM LIBRI VIII.**

**Bredenbach, Tilmann**

**Coloniae, 1584**

**VD16 B 7375**

58. De duobus viatoribus, quorum alter alterum cruce se signantem  
contra vim potestatis, irridens, fulmine interijt.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52445](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52445)

*De matrona Geneuensi quæ Deiparam virginem & sacerdotes irridens prolemque suam à sacerdote baptizari nolens, mortuam sobolem postridie enixa est.*

## CAP. LVII.

**R**efertur in eodem Dialogo, iam tertium excuso (vt author in præfatione scribit) quod cum Pharellus & Viretus primū Geneuæ secretò concionarentur, & Catholico ritu in solenni quodam festo virginis Deiparæ, Processio cum SS. reliquiarum deportatione institueretur, matrona quædam primaria, S. Deiparam & sacerdotes irrisit. Postridie enixa sit puerum mortuum. Quo viso, apertè sinistram suam machinationem confessã sit, nimirum se iam antea decreuisse, non permittere prolem suam à quoquam sacerdote baptizari, sicuti nec baptizata est.

*De duobus viatoribus, quorum alter alterum cruce se signantem contra vim tempestatis, irridens, fulmine interijt.*

## CAP. LVIII.

**S**ubiungitur & aliud in eodem Dialogo, memoratu dignū de duobus Geneva Lausannam euntibus, cumque tempestas grauis ingrueret, cum tonitruo & fulgure, atque alter illorum se signaculo S. crucis antiquissimo Christianorum ritu muniret, alter eum irridens, ficcine, inquit, vis muscas à naso tuo abigere? (nam huiusmodi facetijs omnia sacra ludificantur) & ecce protinus denuò cœlum

*Lib. de corona  
militis.*

intonat, idemque ille irrifor fulmine per-  
sus emoritur, altero isto cruce signato inco-  
mi manente, qui mox rem gestam per totam  
Geneuam diuulgauit. Ad omnem progressum  
inquit Tertullianus, atque promotum, ad or-  
nem aditum & exitum, ad vestitum, & calce-  
tum, ad lauacra, ad mensas, ad lumina, ad ca-  
lia, ad sedilia, quacunque nos conuersari so-  
leret, frontem crucis signaculo terimus.

*Excerptum ex literis D. Ioannis Buzai Theologi  
societatis IESV. De heretico  
Eucharistiam violante, ex qua cum eius  
sanguis proflueret, hereticus ad Catholicam  
fidem conuersus est.*

## CAP. LIX.

**H**OC anno 1583. Viennæ Austriae  
quidam lignarius, hereticus & impius  
nocte se abdiderat in templo quod  
dicitur Virginum Scotarum: intempesta  
nocte perfringit cancellos domunculae Sacra-  
menti, & ex hostijs paruis, quas multas  
uenit, alias abijcit in terram, & pedibus  
culcat, alias dentibus arrodit, alias vero re-  
uandas recondit in sacco caligarum suarum  
paulò post sentit madescere indusium  
saccum, extrahit, & totum sanguinolentum  
esse deprehendit. Mane cum ostium templi  
periretur, licet latere se putaret, sacrilegus  
pitur, hostias quæ in sacco erant, omnes  
sanguinolentas inueniunt, & cum reuerentia  
loco sacro, vbi adhuc referuantur, reponuntur.